



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

84. An Religiosus approbatus in una Diœcesi ce[n]seatur ubique
approbatus? Et infertur in iure Parochi esse Sacerdotem de cuius ad
co[n]fessiones approbatione per Ordinariu[m], certu[m] habet ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

que incipit, *Cum sicut accepimus*, secundam opinionem Alphonsi de Leone tract. de offic. & potest. confess. tom. 2. collect. so. num. 56. non est certum, quia est, ait ille, per dictam constitutionem reuocantur omnia indulta vt ex eius titulo apparet, audiendi secularium confessiones, absque Ordinarij, &c. tamen vt etiam in corpore illius constitutionis constat, ibi est sermo de facultate generali audiendi confessiones secularium absque approbatione, vel examine Ordinariorum. Sed in casu nostro indultum est speciale, quando Regulares sunt in itinere, & commodè non possunt se presentare Ordinarijs. Tamen, quia in dicta constitutione interdicitur est illis interpretatio, & reuocantur indulta ex quauis causa concessa, etiam de necessitate exprimentida, vt tutius procedatur in futurum in re tam magni momenti, esset petenda declaratio. Hæc omnia Leone; qui etiam obseruat, quod si dictum priuilegium non est reuocatum, possunt Regulares eo vti, quando reperiuntur in aliquo loco distanti ab eo, vbi residet Ordinarius etiam ibi manerent recreationis causa, quia secluso omni dolo, & fraude, si non possent se presentare Ordinario, militaret ratio priuilegij. Ergo, &c.

3. Notandum est hic obiter primò, quod stante dicta constitutione Urbani VIII. cessat hodie priuilegium, de quo Molfesius in sum. tom. 1. tract. 7. cap. 16. num. 2. Campanili in diuersis canon. rub. 1. 2. cap. 1. num. 7. & alij, concessum Congregationi Oratorij S. Mariæ de Vallicella, & per communicationem alijs Religionibus, nempe Regulares Confessarios præuio examine approbatos ad audiendas confessiones in vrbe Romæ, non egerit approbatione extra Urbem ab alijs Ordinarijs, sed sufficere tantum coram illis se presentare, & ostendere licentiam Romæ habitam, non, inquam, hoc priuilegium amplius valet, nam Urbanus VIII. in dicta constitutione annullat, & reuocat omnia priuilegia concessa quibusuis Religionibus, Societatibus, &c. audiendi secularium confessiones absque Ordinarij examine, & approbatione. Et ita docet Leone *vbi suprà*, num. 86. qui num. 45. ponit per extensum dictam Urbani constitutionem.

4. Nota secundò cum eodem Leone num. 82. quod etiam stante dicta constitutione Regulares hodie si in aliena diocesi inuenirent subditum diocesis, in qua fuerint approbati, possent eum audire, & absolueret, quod etiam potest quilibet Confessarius secularis. Ratio est, quia hoc non est priuilegium particulare Regularibus concessum, sed dispositio iuris communis generalis quoad omnes Confessarios. Ergo constitutio Urbani VIII. non militat, quia loquitur tantum de priuilegijs. Vide Sanchez de matrimon. tom. 1. lib. 3. disp. 34. num. 4. Peregrinum in compend. priuileg. part. 1. tit. absolutio, §. 8. in scholio. Tamburinum de iure Abbatum, tom. 2. disp. 6. quest. 14. num. 4. Rodriguez in qq. Regul. tom. 1. quest. 60. art. 5. & alios.

RESOL. LXXXIV.

An Religiosus approbatus in vna Diocesi censetur vbiq; approbatus?
Et inferatur in iure Parochi esse, Sacerdotem de cuius ad confessiones approbatione per Ordinarium certum habet argumentum, aduocare in partem sue cure, eique ones suas absoluedas committere posse. Ex p. 6. tr. 7. & Misc. 2. Ref. 59.

§. 1. **A**firmatiuam sententiam docet nouissimè Ludouicus Cellotius Societatis I E S V

Lib. 5. de Hierarchia, cap. 25. vbi sic ait. Q. 10. Qui ab Episcopo vno approbatus est Religiosus, possitne vbiq; saculares audire penitentes? Satisfacit Clementis VIII. beneficium, qui concessit, quod Confessores Ordinis Minorum, semel presentati alicui Episcopo pro confessionibus audiendis, vt mos est, post vnam presentationem non teneatur amplius presentari, etiam si ad aliam transierint Diocesim. Quod priuilegium late sic interpretatur Corduba, vt non tantum de eadem intelligat Diocesi, sed etiam de quacumque alia, ad quam se transfulerit ad morandum ad tempus, vel in perpetuum: sed iam censetur semper, & vbiq; debite presentatus. Ratio est, quia Papæ concedentis intentio conformis est impetrantis intentioni, si abest dolo malus. At verò ea fuit impetrantis intentio, quam dixi, vt vbiq; procederet. Iam enim antea concedente Eugenio IV. semel in vna Diocesi presentatus, ad eam postliminio rediens, liber erat ab iterata representatione. Imò etiam Eugenius idem concesserat Confessarijs Fratrum Minorum, quod quando non possent commodè se presentare Episcopis, quia sunt in itinere, vel alibi, & non possunt petere calus Episcopales, eo casu possint vti plenarie auctoritate Episcopi. Addit Emmanuel Sa accepisse se à viro graui, esse illud priuilegium Ordinis Prædicatorum, vt semel approbatus ex ipsis Confessor, vbiq; possit audire Confessiones: idem tradit Rodericus, Episcopum non posse compellere Fratres Prædicatorum, ac Minores ad examen, vbi fuerint semel approbati ab Episcopo: an verò eodem favore gaudere possint Mendicantes alij, est dubium. Id quidem negat Rodriguez, sed verosimilius est posse per communicationem omnium gratiarum, qualem Societati nostræ concessit Pius V. & Gregorius XIII. & confirmauit Paulus V. Verum Gregorij præter ceteros notanda sunt verba distinctè & enucleatè omnia recensentis.

2. Sic enim orditur à causa. Et quia ipsa Societas inter omnia Religionum instituta, ex peculiari & solemniori voto, specialem curam habet, causa salutis proximorum per totum orbem discurrendi, eius salutari ministerio, & vniuersi Christi gregis salutis consulentes, omnibus & singulis ipsius Societatis prædicatoribus, ac Confessarijs ab aliquo Ordinario semel approbatis, & à suis Superioribus ad huiusmodi munera deputatis, vt quandocumque siue mari, siue terra iter fecerint, populos, non repugnantibus tamen Curatis Parochialium Ecclesiarum, prædicatione verbi Dei instruere, & consolari, & quorumcumque Christi fidelium, præsertim agrorum & eorum qui in vinculis detinentur, confessiones eisq; pro commissis salutares penitencias iniungere: dummodo id non faciant in ipsis oppidis, aut locis, in quibus Ordinarij existunt, nisi eorum licentia desuper obtenta, liberè & licitè valeant, eadem auctoritate etiam perpetuò, de speciali gratia concedimus, Ita Magnus Pontifex. In quibus non pauca sunt, quæ diligenter obserues. Priuilegium istud concedi tanquam medium ad finem necessarium: non nostra, sed proximorum causa tribui: vnam approbationem sufficere: illam vbiq; habere energiam: petendam aliquo casu licentiam, non approbationem: opus esse tunc illa obrenta, non solum postulat: seruandam cum Curatis concordiam: & vtramque ad Conciones tantum esse necessariam, iis qui ita habent, vel sunt in loco, vbi nullum Societatis domicilium fixit. Nam de Confessionibus ita Paulus egit Tertius, vt Societatis Patribus potestatem fecerit, Sacramenta ministrandi, suis nimirum in templis, Rectorum Parochialium, aut aliorum quorumvis licentiâ desuper minimè requisita. Hucusque Cellotius. Et hanc sententiam

doctrinam, præcedentis Ref. & late in ro. 1. tr. 3. ex doctrina Ref. 74 §. ult. & ex Ref. 34. §. Probatur, & Vide doctrinam Resolutionum nor. seq. & videbis notam doctrinam & oblationem pro hac quaest.

tentiam magis absolute tenet Stephanus Bauny in *Theologia Morali*, p. 1. tract. 4. quest. 4. ubi probat approbationem in vna Diocesi a proprio suo Episcopo conferri idoneum ad confessiones audiendas in quacunque alia, si non est eius approbatio restricta ad certum locum. Causa est, quod Concilium vniuersum duntaxat approbationis remiserit; plures ergo frustra quis postulauerit: in vna ergo Diocesi qui est approbatus, a Parocho suorum confessionibus audiendis adhiberi, absque noua Episcopi sui facultate aut examine poterit, nisi expressè hoc ab illo fuerit ei prohibitum. Confirmatur: qui pro vno tantum est oppido approbatus ab Ordinario, potest virtute Bullæ Cruciatæ, a quocumque in Confessarium eligi vt ab eodem tam a censuris, quam peccatis absoluitur, a Costa in *explicatione dictæ Bullæ quest. 19.* falsum est ergo tot ad confessiones audiendas valde approbationes exigi, quot sunt Prouincie diuersis subiectæ Episcopis, ad quas penetrare Sacerdoti est integrum. Sanè cum hunc approbati ab Ordinario sit quoddam odium & grauenam, restringi illud oportet, iuxta regulam iuris, Odi sunt restringenda, fauores autem ampliandi; restringetur autem approbatio, quæ a Concilio postulatur, si ad vnam reuocabitur.

3. Vnde ex dictis inferitur in Parochi iure esse, Sacerdotem, de cuius ad Confessiones approbatione per Ordinarium certum habet argumentum, aduocare in partem suæ curæ, eique oves suas absoluendas committere: nam qui iure ordinario potest confessiones excipere, vt Ordinarius, vices quoque suas in hoc ministerio legare potest idoneo ad id Sacerdoti, vt docet Armill. *verb. absolutio, num. 15.* Cardin. *disput. 24. art. 65. dub. 10. 8. & 7.* Sed Parochus respectu suorum Parochianorum est Ordinarius, habet autem approbatus ab Episcopo quicquid iura ad idoneam huius Sacramenti administrationem postulant. Patet ex Tridentino *sess. 23. cap. 15.* vbi non alij ad nauandam fidelibus operam in expiatione animæ admittuntur, quam qui Parochiale beneficium habent, aut alias per examen ab Episcopo, vel alias idonei iudicantur: erit ergo in audienda confessione officii proximo exhibendi capax, qui ab Episcopo testimonium doctrinæ erit consequutus. Et hæc omnia docet Bauny *vbi supra.*

4. Sed omnia supradicta penes me habent difficultatem, vt alibi adnotauimus, stante responso Congregationis, consulente Archiepiscopo Valentino in hæc verba, Congregatio Concilii respondet approbationem ab alio, quam ab Episcopo Valentino, in Diocesi Valentina non conferri approbationem ab Ordinario. Quæ verba Emmanuel Rodriguez in *expositione Bullæ Cruciatæ*, §. 5. testatur, se legisse in epistola missa ad prædictum Archiepiscopum & Patriarcham. Idem communiter alij contrariam sententiam docent: & idcirco Pater Lugo de *Sacrament. Penitent. disput. 21. sect. 2. num. 42.* & Ioannes V Viggers in *3. part. de Sacrament. quest. 8. art. 4. num. 14.* tenent Confessarium Regularem eodem etiam modo sicut sæcularem indigere approbatione illius Episcopi, in cuius territorio vult audire confessiones: quare si ipse domicilium suum habitationis habeat in illo Episcopatu, potest approbati, sicut Clerici sæculares subditi illius Episcopi: & postea, dum illud domicilium retinet, poterit etiam extra Episcopatum absolueri subditos illius Episcopi: quia in ordine ad illos est approbatus a suo ordinario, cum adhuc retineat domicilium sub illo ordinario. Si verò mutet domicilium, indiget noua approbatione illius, ad quem vadit; quia cum ille prior designat esse suus ordinarius, non manebit virtute prioris approbationis approbatus a suo ordinario. Denique si solum obiter, & vt hospes transit

per alium Episcopatum, adhuc indiget approbatione noua illius Episcopi, vt ibi possit audire confessiones. Quia licet sit approbatus a suo ordinario, hoc est, ab Episcopo sui domicilij, non tamen est approbatus ab ordinario, cui nunc subest, & ad quem pertinet approbare in ordine ad suum gregem: quare pro hoc loco non est approbatus a suo ordinario, qui est solus Episcopus huius loci. Vnde merito responsum fuit a Congregatione non posse in Episcopatu Valentino audire confessiones eum, qui non est approbatus ab Episcopo Valentino; quia non est approbatus a suo Ordinario, quem scilicet habet, vt Ordinarium, & cui subditur nunc in ordine ad tale ministerium. Hoc tamen responsum intelligi debet iuxta intentionem interrogantis, quæ erat ad Confessiones illorum, qui subduntur Episcopo Valentino: quare non est contra id, quod diximus; quod scilicet si Religiosus manens adhuc, v. g. subditus Episcopi Ostiensis, commoretur Tusculi, vt hospes, poterit ibi absolueri subditos Episcopi Ostiensis, a quo est approbatus absque alia approbatione Tusculana: de quo casu peculiari ibi non agebatur, sed de audiendis confessionibus vniuersaliter in Episcopatu Valentino; quæ ferè omnes erant de iis, quorum cura pertinet ad Episcopatum Valentinum, vel ad alios Episcopos, a quibus non est approbatus, vel certe quibus manet adhuc subditus ille Religiosus Confessarius.

5. Hinc inferret etiam idem Pater Lugo, cur fuerit necessarium priuilegium illud Gregorij XIII. vt Sacerdotes nostræ Societatis possent in itinere audire confessiones cum illis limitationibus: quia scilicet, eo ipso quod ingressi essent territorium alterius Episcopi, incipiebant esse illius subditi, & habere illum pro suo Ordinario in ordine ad audiendas Confessiones illius gregis: quare de rigore iuris, & scilicet priuilegio speciali, indigent noua approbatione, vt possent ibi conferri approbati ab ordinario suo, cum reuera iam haberent alium ordinarium, a quo in hoc puncto iudicari deberent.

6. Non desinat tamen hic adnotare, quod post hæc scripta inueni sententiam Cellotij tanquam probabilem admittere Ioannem Præpositum in *3. part. D. Thom. quest. 8. de Sacrament. penitent. dub. 4. n. 21.* vbi sic asserit. Probabile est, quod attento solo Concilio Tridentino Sacerdos, absolute a suo Episcopo approbatus possit vbi que recipere iurisdictionem, quantumuis mutet domicilium, & desinat esse subditus Episcopi approbantis. Probatur, quia in rigore verba Concilij non amplius exigunt: nam talis est verè approbatus a suo Episcopo & Ordinario, cui videlicet suberat (saltem quoad hoc) quando recepit approbationem, & Episcopus approbans verè potest auctoritatiuè declarare talem esse idoneum ad confessiones excipiendas quod per loci mutationem non tollitur. Confirmatur primo. Constitutio Tridentini requiritur conditionem in eo, cui possit demandari iurisdictionem, quæ conditio alias non requirebatur, potest dici restringere potestatem committendi iurisdictionem; & proinde ipsa potest strictè intelligi, quantum verba patiuntur: verba autem prædictum sententiam possunt commodè recipere, ab Episcopis approbationem obineat, scilicet vnusquisque a suo, id est, vnusquisque hanc approbationem obineat ab Ordinario loci, in quo degit, dum approbatur. Confirmatur secundo si Concilium aliud voluisset, videtur quod mentionem suam clarius explicare debuisset. Confirmatur tertio, ex eo quod approbatus ab vno Episcopo possit alibi recipere iurisdictionem, etiam postquam desit esse subditus approbantis, nullum sequitur inconueniens contra scopum Concilij: cum ergo de cætero verba

Sup. hoc in tom. 1. tr. 3. Ref. 12. §. 2. à lin. 4. & in Ref. 14. §. Et tandè. & lege etiã eius §. vlt. Et Ref. ex §. eius not. Et ex Ref. 17. Vide eius doctrinam, & aliter Ref. eius not. & in to. 4. tr. 4. Ref. 3. §. vlt.

Alibi in Ref. & §. duarum præteritarum annotationum signanter not. primæ huius Ref.

Sup. hoc primo & seq. in Ref. præterita, lege doctrinam. §. vlt. & aliorum eius annotationum.

possint modo à nobis allato explicari, probabile est itando in verbis Concilij, semel approbatum posse vbiq; recipere jurisdictionem delegatam.

7. Dies id inducere perturbationem in Ecclesiastica Hierarchia. Respondeo negando: quia approbatio nullam dat jurisdictionem; & de cetero singuli Episcopi in suis Dioccesibus possunt prohibere Parochis, ne delegent jurisdictionem aliis, quam à se approbatis; etiam irritando delegationem secus attentatam: quod rationabiliter facere possunt, vt aliquo modo cognoscant de capacitate eorum, qui in suis Dioccesibus confessiones excipiunt. Secundò cum Sacerdotes ratione domiciliij, vel quasi domiciliij in nostro casu fiant eorum subditi, possunt illorum approbationem revocare, vel suspendere, non minùs, quam eorum, quos ipsi approbaverunt. Imò longè potior ratione, cum hic longè potior ratio subit, cum ipsi non habeant notitiam de eorum sufficientia: si agatur de Religiosis Mendicantibus, & aliis, qui cum iis participant in privilegiis, Episcopus, ad cuius Diocesim se conferunt in ea habitaturi, potest etiam illos examinare iuxta Bullam Pij V. superiori dubio citatam, si non fuerint vniquam ab eo examinati: quia Pontifex respectu Mendicantium ei soli Episcopo negat secundum examen, qui per examen approbavit, non autem alteri.

8. Dies: Congregatio Cardinalium respondit Archiepiscopo Valentino, approbatum ab alio quam à Valentino Episcopo in Diocesi Valentina non censeri approbatum ab Ordinario. Respondit non ita constare de hac responsione, quod passim eam non ponant, qui responsiones Illustrissimorum Cardinalium collegerunt.

9. Dixi in conclusione: attento solo Concilio Tridentino: quia cum in variis locis consuetudo sit in contrarium, in illis omnino standum est consuetudini, quæ ita Decretum Concilij interpretatur; ita vt nulla sit absolutio data ab eo, qui approbatus in vna Diocesi, ea deserta migrat ad aliam, & sine approbatione Episcopi loci absoluit virtute Iubilai, &c. Quia tamen quibusdam in locis est consuetudo, vt Religiosi etiam mutantes habitationem, & migrantes in aliam Diocesim, non petant novam approbationem: quæ consuetudo ortum habuit ex sententia probabilis variorum Doctorum: censeo iis in locis sufficere pro similibus approbationem semel obtentam, quamdiu Episcopus, in cuius Diocesim commigrant, eos ad examen non evocat, hanc autem consuetudinem vigere in Belgio mihi constat; ac proinde Religiosi ibidem sese secundum eam gerentes, non possunt merito reprehendi. Hucusque Præpositus.

Sed omnia supradicta corruunt per Constitutionem Urbani VIII. quam ego adduxi in part. 3. *in hoc tract. 2. resolut. 123.**

RESOL. LXXXV.

An Regularis approbatus ab vno Ordinario possit vbiq; que absque alia approbatione confessiones audire saltem in foro conscientie?

Et an privilegia Concilio Tridentino contraria sint revocata in foro conscientie?

Et an hodie cesset omnis difficultas, frante Bulla Innocentij X. circa supradictam primam difficultatem? Ex part. 10. tractat. 14. & Misc. 4. Resolut. 25. alias 23.

§. 1. Hanc questionem novissimè latè pertractat Leandrus à Murcia, vir quidem doctus, Tom. VII.

in cap. 7. Regula S. Francisci, quest. 8. concl. 3. num. 8. Ref. præterita, & in alii eius primæ not.
cujus verba hic per extensum apponam; sic itaque asserit: [Probable es, que en el fuero de la conciençia el Confessor Regular esta aprobado para todas las Diocesis, y Obispados del mundo, aunque no se aprueve de nuevo, ni examine en ellos; sin que los penitentes tengan la Bula de la Cruzada. Esta sententia tiene el doctissimo Padre Frate Antonio de Cordoua, super compend. verb. Absoluto, quoad Saculares primo, §. 16. Antolines, Mancion, y Medina, aquien refiere, y sigue Enriquez, lib. 3. de penit. cap. 6. §. 7. littera A; in Glossa, y Egidio de Sacramentis, de Penitent. disp. 8. dub. 7. num. 57. contra el Colector, y Manuel Rodriguez, 1. tom. part. 59. artic. 5. y se prueva por vn privilegio que trae el Colector, verb. Absoluto, quoad saculares primo, §. 16. que es de Clemente VIII. como se sigue: Concessit, quod fratres Confessores Ordinis Minorum semel presentari alicui Episcopo pro Confessionibus audientibus, vt moris est presentari, post vnam presentationem non teneantur amplius presentari, etiam si ad aliam transeant Diocesim. El Papa concede, que el Confessor de la Orden de los Menores (y lo mismo es del de qualquiera otra Religion, que participa de nuestros privilegios,) que el que vna vez esta aprobado como se acostumbra; para oyr Confessiones de Seglares, despues de la primera aprovacion del Obispo, no este obligado mas à presentarse, ni à aprovarse; aunque passe à otra Diocesi, ò Obispado; luego manifestamente concede, que con vna aprovacion pueda confesar en todos los Obispados.

2. Ni parece bastante lo que responde el Padre Fr. Manuel Rodriguez en el lugar citado; esto es, que se ha de entender, que no sea obligado à presentarse en el mismo Obispado; quando buelva à el, aunque aya pasado à otros Obispados: y que se ha de entender al modo del privilegio de Eugenio IV. que esta en los Monumentos de las Ordines, fol. 61. & in fol. 64. y lo trae el Colector, verb. Absoluto, quoad saculares primo, num. 3. y es del tenor siguiente: Concessit, quod quando Fratres se semel presentaverint Episcopis, & obtinuerint casus suos: licet alibi postea ad habitandum se transferant ad tempus, & postea revertantur ad eandem Diocesim, non sit necessarium iteratò se presentare eisdem Episcopis; vel casus de novo obtinere. Assi que no parece bastante esta respuesta, porque este segundo privilegio de Eugenio IV. como por el mismo parece, y lo echara de ver qualquiera, es de muy diferente tenor. que el de Clemente VIII. arriba citado; porque este claramente dize, que concede, que no se buelvan à presentar, ni à aprovar en el mismo Obispado; los que por algun tiempo limitado (aunque sea largo) hizieren ausencia del, y se passaren à otro Obispado, quando despues buelvan. Assi que en este privilegio ay dos palabras, que claramente limitan la disposicion al mismo Obispado; conviene à saber: Licet alibi se transferant ad tempus ad habitandum. Y la segunda, & postea revertantur. Las quales limitaciones no tiene el privilegio de Clemente VIII. y no le era dificultoso al Papa, si quisiera limitar la disposicion, el añadir que vna vez aprobados, quando bueliesen à la misma Diocesi, no tornassen à ser examinados, ni aprobados; y assi se ve claramente, que se les haze violencia à las palabras, limitandolas, porque llanamente concede el Papa, que el Religioso que fuera aprobado en una Diocesi, no tenga necesidad de presentarse, ni aprovarse en ninguna otra del mundo.